

Liber

tum se quisque amat. amor et quod amat. Tunc enim amans et quod amatur unum est. Unde videtur non esse consequens: ut rubricus amor: fuerit iam tria intelligentur. Nusquam enim ab hoc consideratione cetera que multa sunt quibus hoc constat: atque ut hec que nunc requiremus quantum in his rebus possumus liquidam reperiamus: de sola mente tractemus. Ad hanc igitur cum amat seipsum: duo quedam ostendit mentem et amorem. Quid est autem amare se: nisi sibi proesse esse velle ad fruendum se. At cum tamen se vult esse quantum est: pars mentis voluntas est et amans et amor equalis. Et si aliqua substantia est amor: non est utique corpus. sed spiritus. nec mens corporis. sed spiritus est. Neque tamen amor et mens duo spiritus: sed unus spiritus: nec etenim rite due: sed una: et tamen duo quedam unum sunt amans et amor. siue sic dicas quod amatur. et amor. Et hoc quidem duo: relativae adinuicem dicuntur. Amans quippe ad amorem referuntur. et amor ad amantem. Amans enim aliquo amore amat: et amor alicuius amantis est. Adhuc vero spiritus non relativae dicuntur sed essentiaz demonstrant. Non enim quia mens et spiritus alii cuius hominis est: ideo mens et spiritus in se non manerunt. Retracto enim eo quod hoc est: quod adiunctio corporei est: mens et spiritus manet. Retracto autem amante nullus est amor: et retracto amore nullus est amans. Ideoque quantum adinuicem referuntur: duo sunt. Quia autem ad se dicuntur. et singula spiritus. et simul utrumque unus spiritus: et singula mens et simul utrumque una mens. ubi ergo trinitas. attendamus quantum possumus. et inuenimus lucem sempernam ut illuminet tenebras nostras et videamus in nobis quantum simus imaginem dei.

De mente et noticia eius et voluntate. Capl. III

Enim enim amare seipsum non potest. nisi in me etiam se nouerit. Nam quoniam amat quod nescit. Aut si quisque dicit ex noticia generali vel speciali mentem credere se esse etalem: qualiter alias expta est: et ideo amare seipsum insipientissime loquitur. Unde enim mens aliquam mentem nouit. si se non nouit. Neque enim ut oculus corporis videt alios oculos: et se non videt: ita mens nouit alias mentes et ignorat semetipsum. Per oculos enim corporis corpora videmus: quae radios qui per eos emicant. et quae cernimus tangentur: refringere vel retrorse in ipsis non possumus: nisi cum specula intuemur. Quod subtilissime obscurissimeque disseritur. donec apertissime demonstretur: vel ita se rem habere vel non ita. Sed quo modo se habeat vis qua per oculos cernimus. ipsum certe yim. siue sint radij. siue aliud aliquid oculi

liscernere non valeamus. sed mente querimus et si fieri potest. etiam hoc mente comprehendimus. Nam ergo ipsa sicut corporearum rerum noticias per sensus corporis colligitur. sic incorporearum rerum per semetipsum. Ergo semetipsum per se ipsum nouit. quoniam est incorporea. Nam si non se nouit: non se amat.

Tria esse in anima que sunt unum mente et noticiam sui et amore.

Saplin. III.
Sicut autem duo quedam sunt: mens et amor eius cum se amat. ita quedam duo sunt mens et noticia eius cum se nouit.

Igitur ipsa mens et amor et noticia eius. tria quodam sunt: et hec tria unum sunt. et cum perfecta sunt: equalia sunt. Si enim minus se amat quod est ut verbi gratia. tantum se amat homo mens quantum amandus est corpus hominis: cum plus sit ipsa quam corpus. peccat: et non est perfectus amor eius. Item si amplius se amat quam est: velut si tantum se amet quantum amandus est deus. dum incomparabiliter minus sit ipsa quam deus: etiam sic nimio peccat et non perfectum habet amor eius.

Adhuc autem peruersitate et iniquitate peccat. cum corpus tantum amat quantum amandus est deus: Item noticia si minor est: quam est illud quod noscitur. et plene noscitur potest. perfecta non est. Si autem maior est: iam superior est natura quam nouit quam illa quoniam nota est: sicut maior est noticia corporis: quam ipsum corporis quod ea noticia notum est. Illa enim vita quedam est: in ratione cognoscientis: corpus autem non est vita. Et vita quoniam est quolibet corpore maior est: non mole sed vita. Adhuc vero cum seipsum cognoscit: non se suprat noticia sua: quam ipsa cognoscit. ipsa cognoscit. Cum ergo se tota cognoscit: neque secundum quamcumque aliud: par illi est cognitio sua: quam neque ex alia natura est eius cognitio: cum seipsum cognoscit. Et cum se totam nihil amplius percipit: nec minor nec maior est. Recta igitur diximus hec tria: cum perfecta sunt: esse consequenter equalia. Sic etiam admonemur. si utrumque videre possumus: hec in anima existere: et tanquam inuoluta evoluimus: ut sentiamur et dinumerentur substantialiter vel ut ita dicamus: essentialiter: non tanquam in subiecto. et color: aut figura in corpore. aut villa quamitas: aut quantitas. Quicquid enim tale est: non excedit subiectum in quo est. Non enim color iste aut figura huius corporis potest esse et alterius corporis. Adhuc autem amore quo se amat potest amare et aliud preter se. Item non se solam cognoscit mens: sed et alia multa. Nobis enim non amor et cognitio tanquam in subiecto insunt metu sed substantialiter etiam ista sunt sicut ipsa mens: quia etiam relativae dicuntur adinuicem: in sua

tamen sunt singula queq; substantia. Non sic color & coloratum relatiue ita dicuntur adinuicem. ut color in subiecto colorato sit: non habens in seipso propriam substantiam: quoniam coloratum corpus substantia est. ille autem in substantia: sed sicut duo amici etiam duos sunt homines: que sunt substantie cum homines non relatiue dicuntur. amici autem relatiue. Sed item quis substantia sit amans vel sciens substantia sit scientia: substantia sit amor: sed amans & amor. aut sciens & scientia: relatiue ad se dicantur sicut amici. Dens vero aut spiritus non sunt relatiua: sicut nec homines relatiua sunt: non tamen sicut amici homines possunt seorsum esse abinuicem: sic amans et amor: aut sciens & scientia. Quod & amici corpore videntur separari posse: non animo. in quantum amici sunt. verutē fieri potest. ut amicus amicum etiam odiisse incipiatur eo ipso amicus esse desinat: nesciente: illo: & adhuc amante. Amor autem quo se mens amat: si esse desinat simul et illa desinat esse amans. Item noticia qua se mens nouit: si esse desinat: simul & illa nosse se desinet. Si caput capitati alicuius virtutis caput est. & relatiue ad se dicuntur quis etiam substantie sint. Nam & caput corpus est. & capitatum. Et si non sit corpore: nec capitatum erit. Sed hec precisione abinuicem separari possunt: illa non possunt: & si sunt aliqua corpora quae secari omnino & diuidi nequeunt: tamen nisi partibus suis constarent corpora non essent pars ergo ad totum relatiue dicitur: quia omnis pars alicuius totius pars est: & totum oibus partibus totū est. Sed quoniam & pars corpus est & totum: non tamen ista relatiue dicuntur: sed etiam substantia liter dicuntur. Fortassis ergo mens totū est: eius quasi partes amor quo se amat & scientia qua se nouit: quibus duabus partibus illud totū constat. Tres sunt equales partes quibus totū unum completur. Nulla pars: totū cuius pars est complectit. Non vero cum se totam nouit: hoc est perfecte nouit per totū eius est noticia eius. Et cum se perfecte amat: totā se amat: & per totū eiū est amor eius. Num ergo sicut ex vino & aqua & melle una sit potio: & singula per totum sunt: & tamen tria sunt: nulla enim pars est potionis quae non beathec tria: Non enim iuncta velut si aqua et oleum essent: sed omnino cōmixta sunt: & substantie sunt omnes: & totus ille liquor una quedam est ex tribus cōfecta substantia. Tale aliquid arbitrandū est esse simul hec tria: mente amorem: noticiam: sed non viuus substantie sunt aqua: vīnum: & mel: quis ex eorum com-

mixtione fiat vna substantia portionis: Quod autem illa tria non sunt eiusdem substantie non video: cum mens ipsa se amet: atque ipsa se nouerit: atque ita sunt hec tria: ut non alteri alicui repx mens vel amata vel nota sit. Unde ergo eiusdemque essentie necesse est hec tria sint: & ideo si tanq; cōmixtione cōfusa essent: nullomodo essent tria: nec referri ad inuicem possent. Quē admodum si ex uno eodemque auro tres annulos similes facias: quis connexos sibi referuit ad inuicem quae similes sunt. Omnis enim similis alicui similis est: & trinitas anulorum est: & vnuz aurū. At si misceantur sibi & per totam singuli massam suam conspergantur intercedet illa trinitas: & oīno non erit: ac non solū vnum aurū dicetur: sicut in illis tribus anulis dicebatur: sed iam nulla aurea tria.

Mens & amor & noticia & singula in seminant & oīa in oībus Caplin. V.

In illis tribus cum se nouit mens
v tamat se: manet trinitas: mens: amor: noticia: & nulla cōmixtione cōfunditur. quis & singula sint in seipso: & in unicem tota in totis: sive singula in binis: sive binā in singulis. Itaque oīa in oībus. Nam & mens est virtus in seipso: quoniam ad seipsum mens dicitur: quis noscens vel nota: vīnoscibilis: ad suam noticiā relatiue dicitur. Amans quoque & amat vel amabilis ad amorem referatur: qui se amat & noticia: quis referatur ad mentem cognoscentem vel cognitā: tamē & ad seipsum nota & noscens dicitur. Non enim sibi est in cognita noticia: qua se mens ipsa cognoscit. Et amor quis referatur ad mentem amantē cuius amor est: tamen & ad seipsum est amor: ut sit etiam in seipso: quia & amor amatur. Nec alio nisi amore amari potest: id est seipso. Ita sūt hec singula in seipso. In alterius autem ita sunt: quia & mens amans in amore est: & amor in amantis noticia: & noticia in mente noscente. Singula in binis ita sunt quia incens que se nouit & tamat in amore & noticia sua est: & amor amantis in mentis secessus scientis & in mente noticiae eius est. Et noticia mentis se scientis & amantis in mente atque in amore eius est: quia scientes se amat & amantem se nouit. Ac per hoc & binā in singulis: quia mens que se nouit & amat cum sua noticia est in amore: & cum suo amore in noticia. Amor quippe ipse & noticia simul sunt in mente: que se amat & nouit. Tota vero in totis: quemadmodum sint: iam supra ostendimus. cum se tota mens amat & totum nouit: totamque amat noticiam suam: quād tria ista ad seipsa